Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26970
Copyright: Admont, Benediktinerstift



patres studiose sanxisse sacratissima eorum institutio aperte testatur.
Nam ut honor dei exinde amplius cresceret. non solum tantum in corde
nos deum venerari. sed etiam in eius honore templa nos fabricare
docuerunt: ubi populus conveniens domini precepta audiret. et deum in vi
sibilibus mysteriis coleret. ubi deum iugiter laudaremus. ubi eius
corpus et sanguis per ministerium sacerdotum in effabili spiritus sancti
ficatione cotidie sumeretur. ubi sacrum chrisma conficeretur. ubi per
adoptionem in baptismo dei filii efficeremur. Qui locus etiam ecclesia
nuncupari institutus est. Ideo videlicet quia fidelem populum ibi in hono
re dei congregari sancitum est. Attestatur huic rei beatissimus et precla
rus doctor ambrosius mediolanensis ecclesie archiepiscopus in hym
no quem in dedicatione ecclesie fecit taliter domino dicens. Hec do
mus rite tibi dedicata noscitur. in qua populus sacratum corpus assumit.
bibit et beatum sanguinis haustum. Hic sacrosancti latices veter
nas diluunt culpas perimuntque noxas. chrismate vero genus ut
creetur xpicolarum. Hic locus nempe vocitatur aula regis
immensi niveaque celi porta. que vite patriam petentes accipit
omnes. Unde factum est. ut multi fidelium se suasque res deo trade
re volentes. ecclesie videlicet sponse xpi hoc vice dei cum mag
na cordis humilitate donarent. Alii etiam in iure proprio
ecclesias et monasteria facientes. servis dei ibi deo servientibus omnia
sua fideliter tradiderunt: ita se veraciter implere credentes quod dominus
ait. Vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me.
Cui rei omnes piissimi imperatores constantinus videlicet primus roma
norum imperatorum xpo credens. theodosius etiam et iustinianus cum mul
tis aliis xpianis imperatoribus robur et firmitatem imperialem
conferentes. firmare et stabilire ad honorem xpi curarunt.

Quod semel ecclesie datum est De possesione ecclesie. Rat.
in perpetuum xpi est. nec aliquomodo alienari a possessione ecclesie. VII.
potest. in tantum ut etiam idem ipse fabricator ecclesie postquam eam

Ex dictis s. ambr.